



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

82. An infirmus in articulo mortis constitutus, si commodè recipere possit,
Sacrum Viaticum ieiunus, ad id teneatur? Ex p. 11. tr. 6. & Misc. 6. res. 16.
ibid.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

tra tres dies, vel quatuor, differendum est supplicium ex lege charitatis, vt succurratur ruinæ spiritali proximi. Et hæc omnia docet Ochagauia de Sacram. tract. de Euchar. p. 14. num. 10.

RESOL. LXXXI.

An aliquando licitum, sit deferre Viaticum moribundo absque stola, superpelliceo, & lumine?

Et notatur, quod minores Ordines, Extrema Vnctio, Confirmatio, & Matrimonium possunt sine lumine administrari sine lethali culpa.

Et docetur Sacerdotem chitagra laborantem, & pollice, ac indice impeditum non posse aliis digitis sacram Eucharistiam apprehendere, & porrigere.

Et aduertitur posse Parochum præbere Viaticum infirmo in articulo mortis constituto, qui mane, v. g. in eodem die sumpsit Eucharistiam, vel ex deuotione Missam dixit. Ex part. 10. tract. 11. & Misc. 1. Ref. 40.

Sup. hoc pro lumine accenso supra in Refol. 53. cursum in fine § Verum, & supra in tract. 1. Ref. 154. in fine. Et pro stola, & superpelliceo infra in tr. 4. Ref. 19. ex doctrina §. eius vlt. ad medium vers. Et hoc.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Leandrus de Sacramentis tom. 1. tractat. 7. disp. 4. quæst. 19. Quia hoc diuinum Sacramentum est summæ necessitatis, maxime in articulo mortis: ergo in hoc licitè poterit administrari absque prædictis cæremoniis; si credibile sit aliàs infirmum moriturum sino illo. Confirmatur, quia multa alia omitti possunt in huius Sacramenti administratione, si necessitas infirmi urgeat: ergo. Ita ille. Sed præter Bonacinam, Posseniunum, & Ludouicum à San Iuan, quos ipse adducit, negatiuam sententiam tenet Pater Tamburinus Opuscul. de Commun. cap. 6. §. 1. num. 6. cui adde nouissimè Martinum de San Ioseph, in *Monitis Confess.* tom. 1. lib. 1. de Eucharist. tract. 5. n. 17. sic asserentem: [No puede el Partoco lleuar el Santissimo Sacramento à los Enfermos, sino puede ir con habito decente, esto es con Sobrepelliz Estola, y Luz delante.] Ita ille. Vide Auersam de Sacramento Eucharist. 9. 10. sect. 5. Cardinale Lugo, disp. 18. sect. 2. n. 35. Granadum in 3. part. Contr. 6. tract. 12. disp. 3. n. 2. Gesuadum in *Theol. mor.* tom. 1. tract. 11. cap. 3. n. 6. Filliucium, tom. 1. tract. 4. c. 9. n. 250. Grassium, tom. 1. lib. 2. c. 40. num. 3.

2. Nota hîc etiam eum Quintanaduénas in *Theol. mor.* tom. 1. tract. 5. singul. 5. num. 3. quod si Minores Ordines, Extrema Vnctio, vel Confirmatio, & Matrimonium, sine lumine administrantur; non erit lethalis culpa, sicut nec grauis irreuerentia; & poenitentia Sacramentum sine eo conficitur semper. At cum in Communione, & sacris Ordinibus conferendis necessario, vel adsit Corpus Christi, vel Missa celebretur, lethalem culpam committeret sine lumine conferens hæc Sacramenta; tum propter traditionem, seu consuetudinem ab Apostolorum tempore dimanantem; tum propter maiorem reuerentiam præsentia Christi Domini debitam. Hæc Quintanaduénas.

3. Et tandem nota cum Auersa loco citato, Sacerdotem chitagra laborantem, & pollice, ac indice impeditum, non posse aliis digitis sacram Hostiam apprehendere, & porrigere, quia licet tota manus sit consecrata, tamen specialiter illi duo digiti ad hoc ministerium ex vsu, & ritu Ecclesiæ deputati sunt.

4. Sed quia hîc fermo accidit de Viatico, Nota id quod sæpius alibi firmauimus, posse scilicet Parochum præbere Viaticum infirmo in articulo Mortis constituto, qui mane, verbi gratia in eodem die sumpsit Eucharistiam, vel dixit Missam ex deuotione. Et ita, præter alios Doctores à me adductos, tenet nouissimè Martinus de San Ioseph in *Mon. Confess.* tom. 1. lib. 1. de Eucharistiam tractat. 9. num. 16. vbi

me citato, sic asserit: [El que auia comulgado poco antes del peligro, ó articulo de muerte, no se elogia de recibir de nuevo el Viatico porque no se le satisface con la Communion antecedente, al precepto de comulgar en aquel passo, y ante comulgar, se satisface por el precepto de comulgar, sino es dentro del tiempo en que obliga el precepto, por los Derechos citados en el numero precedente: y bien probablemente han sido de opinion hombres grauissimos de las dos Vniuersidades de Alcalá, y Salamanca, que si auia comulgado vno por su deuocion el mismo dia, que cayó malo, y en que se vé en peligro de muerte y prudentemente se entiende que morirá en el mismo dia, tiene obligacion à comulgar en el otra vez; porque se cumple con el Derecho diuino, que es mayor peso, que el humano de no comulgar an vn dia dos vezes: como esto exprellamente el Padre Vazquez, en vn papel manuscrito, à quien cita, y sigue Hurtado disp. 10. difficult. 1. que afirma lo han practicado assi varios graues.] Hucusque Martinus, cui adde etiam, me citato, Leandrum de Sacramentis, tom. 2. tract. 7. disp. 9. 6. & etiam me citato, Pellizzarium in *man. leg. tom. 1. tr. 5. c. 3. num. 70.* Hanc etiam sententiam tenet Quintanaduénas in *Theol. mor.* tom. 1. tr. 4. disp. 9. n. 6. & Ludouicus à San Iuan in *suâ pœna Summæ, art. 4. de Commun. Infirm. n. 45.* Et tanquam probabilem illam admittit, me citato, sapientissimus Docillius, de Sacramentis tom. 1. tract. 4. disp. 10. dub. 2. 6. Vale gaudeo, pro consolatione infirmorum, hanc licentiam, postquam ego illam typis mandauis, fuisse à doctissimis viris comprobatam & in dies magis radices figere: quicquid nouissimè in contrarium asserat Tamburinus Opuscul. de Comm. c. 5. §. 6. n. 10.

RESOL. LXXXII.

An infirmum in articulo mortis constitutum, si communi recipere possit sacrum Viaticum ieiunio ad ieiunetur? Ex p. 11. tr. 6. & Misc. 6. Ref. 16.

§. 1. **N**egatiuam sententiam probabilem præstat Hurtadus de *Chocolata, & Tabaco*, tract. 1. cap. 10. §. 1. num. 165. vbi sic asserit: [No me parece probable, que por el mismo caso que el Médico declara, que vn enfermo està en peligro conocido de muerte, y que deue comulgar por Viatico, cum quæ pueda sin incommodidad alguna comulgar en ayunas, no tiene obligacion por el precepto Ecclesiastico, si no solo à complir el precepto Diuino. Lo primero: porque si en este trance obligata el precepto Ecclesiastico, se causaria en los enfermos vna gran inquietud con los escrúpulos, si podia ó no podia esperar de ayuna, y assi la epicheia parece que dicta, que por el mismo caso que vno ex vi infirmitatis està en tal peligro, la ley humana Ecclesiastica no le obliga à recibir el Sacramento en ayunas, ni parece creible, que mueltra madre la Iglesia, como tan piadosa, quiera obligar à sus hijos en este trance à que comulguen en ayunas, sino que solo con toda quietud cumplan con el precepto Diuino de comulgar. Segundo, porque assi parece que declarada esta ley Ecclesiastica, y costumbre, el Concilio Constantiense, sess. 13. donde dize assi: Sacrorum Canonum auctoritas, & approbata consuetudo Ecclesiæ seruanit, & seruat, quod huiusmodi Sacramentum non sumatur à non ieiunatis, præter quam in infirmitate, &c. Y assi en la enfermedad, no ay precepto de ayuno natural, quando ay obligacion de cumplir con el precepto Diuino, y esto parece que es en que lo deca

deum fundat los Doctores que referimos en el §. 2. quando dizen, que es licito comulgar muchas vezes en vna enfermedad, aunque no se este en ayunas, y es esto tanto, que algunos dizen, que cada tres dias puede recibir el Sacramento, sin estar ayuno el enfermo. Ita ille,

2. Sed, vt verum fatear communis opinio Doctorum est in contrarium, & quotidiana praxis; & præter Granadum, Suarez, Coninch, Fugandez, & Bonacinam, quos citat Hurtadus, hanc sententiam tenet Leander de Sacram. tom. 2. tract. 7. disp. 4. quest. 38. testatur de communi praxi Ecclesie Bassaus, in For. Theolog. verb. Communio Sacram. num. 44. Cardinalis Lugo de Euchar. disp. 15. sect. 3. num. 58. Atricus in Chr. Theolog. tom. 7. disp. 27. sect. 2. num. 9. Martinus de San Joseph in Mon. confes. tom. 1. lib. 1. tract. 8. de Euchar. num. 14. & idem, cum hæc opinio sit communi calculo Doctorum approbata, & ex praxi Ecclesie robotata, puto opinionem Patris Hurtadi, alias viti docti, non esse practicandam.

RESOL. LXXXIII.

An Sacerdos possit iterum subministrare Eucharistiam infirmo, qui semel in articulo mortis sumpsit communionem per modum Viatici non ieiunus? Ex part. 2. tr. 14. Res. 75.

Sup. hoc in Res. 69. & supra in Res. 77. §. 2. Sed licet, paulo post initium, i. v. Primum quia, & ad medium, & infra in Res. 78. lege doctrinam. Et vide alias Res. & §. positos in not. res. 2. huius not.

§. 1. Negatiuam sententiam prorsus sustinet Vasquez in 3. parte, tom. 3. disp. 211. cap. 4. num. 38. & nouissime Ioan. de la Cruz in direct. confes. part. 2. tract. de Euchar. quest. 5. dub. 4. concl. 3. Ratio est, quia cum vna communionem infirmus iam satisfecit præcepto sumendi Eucharistiam in articulo mortis Ergo.

2. Sed affirmatiuam prorsus amplectendam esse docet vsus communis Ecclesie, & communis DD. sententia, nam ita docet Tabiena ver. communicare, num. 48. Amilla ver. communio, num. 18. Tolcius in summa, lib. 10. cap. 15. Sa ver. Eucharistia, num. 5. Sor. in 4. disp. 12. quest. 1. art. 8. Victoria in summa, num. 82. Grassius dec. part. 1. lib. 2. cap. 38. num. 32. Nugnus in 3. part. tom. 1. quest. 80. art. 8. Coninch de Sacram. quest. 80. art. 8. num. 53. Reginaldus. tom. 2. lib. 29. cap. 6. num. 120. Henriquez lib. 8. cap. 4. num. 1. & cap. 50. num. 1. Suarez in 3. part. tom. 3. disp. 68. sect. 1. & omnes noterici, quia non solum contra rationem, quam pro sua sententia adducit Vasquez; tunc permittitur ægrotis non ieiuno communicatio, vt possit implere præceptum diuinum. Sed etiam, quia morituro valde indiget tantis Sacramenti præsidio, & id sapius; & ita maxime indigentem ope, & subsidio huius Sacramenti ad vincendas occurrentes tentationes, & peccandi pericula superanda, pia Mater Ecclesia non videtur velle suo præcepto cum tanto spiritali dispendio adstringere. Deinde in Conc. Constantiens. sess. 13. dicitur in casu infirmitatis posse Eucharistiam dari non ieiuno. Ergo cum non limitet ad vnâ tantum vicem, quare nos limitare debemus? Maximè, vt diximus, quod in secunda & tertia vice adit eadem necessitas, quæ in prima, scilicet ne priuaretur auxilio tantis Sacramenti. Igitur hanc secundam sententiam prorsus tenendam esse existimo.

RESOL. LXXXIV.

An infirmo non ieiuno in periculo mortis possit sepius Viaticum præberi? Et notatur, quod licet infirmus expectare possit ieiunus

per vnâ, aut alteram horam post mediâ noctem, ad hoc non esse obligationem in illa intermissa hora sumendi Eucharistiam sed posse differri ad aliud tempus in quo non sit ieiunus Ex part. 5. tract. 3. Resol. 37.

§. 1. Non desunt nostræ ætatis præstantissimi Theologi, qui hoc posse minime fieri constanter docent, & hi sunt Gamachus, Doctor Sorbonicus, in sum. Theol. tom. 3. de Sacrificio Missæ, vlt. circa finem Kellifonius tom. 2. in. 3. part. quest. 80. art. 8. Ochagavia de Sacram. tract. 2. de Euchar. quest. 12. num. 10. Coninch de Sacram. quest. 80. art. 8. num. 52. Hurtadus de Sacram. disp. 9. difficult. 16. Præpositus in 3. part. quest. 80. art. 6. dub. 2. num. 43. & alij. & ratio est, quia infirmus pro periculo mortis excusatur à prohibitione Ecclesiastica sumendi Eucharistiam post fractionem ieiunij, quando aliter nequit cõmodè, quia occurrit cum præcepto diuino communicandi pro eo periculo, quod præferendum est dictæ prohibitioni Ecclesiasticæ, sed postquam infirmus semel pro periculo mortis communicauit, ita satisfecit præcepto diuino communicandi, vt pro eodem periculo non teneatur ex diuino illo præcepto iterum communicare, quauis post primam sumptionem Eucharistie mortaliter peccauerit Ergo postquam infirmus semel pro periculo mortis communicauit, nequit iterum pro eodem perseverante non ieiunus communicare, quia post primam sumptionem nullum extat diuinum præceptum iterum communicandi, quo excusari possit à prohibitione Ecclesiastica communicandi post fractionem ieiunij. Et idem hanc sententiam præter DD. citatos tenet Vasquez & Ioannes de la Cruz, quos retuli in 1. part. tract. 14. resolut. 75.

2. Sed ibi contraria opinio mihi magis placuit cum multis Doctoribus, quibus nunc addo, me citato, Ioannem de Lugo de sac. Euchar. disp. 15. sect. 3. num. 64. Marchantium in resol. pastor. de Sacram. tract. 4. cap. 2. quest. 4. cap. 1. Mercerum de Sacram. quest. 80. art. 8. num. 3. Tannerum vbi infra num. 85. Fagandez præc. 3. lib. 3. cap. 5. num. 20. Granadum in 3. part. contro. 6. tract. 10. disput. 8. num. 9. vbi rectè ex Suarez notat quod licet infirmis expectare possit ieiunus per vnâ, aut alteram horam post mediâ noctem, adhuc non esse obligationem in ea intermissa hora sumendi Eucharistiam, sed posse differri ad aliud tempus, in quo non sit ieiunus: quod etiam docet Tannerus tom. 3. disp. 5. quest. 8. dub. 4. num. 84. Quenam verd temporis intercapedo sit adhibenda in tali casu inter vnâ & alteram communionem, vide me ipsum in 1. part. tract. 14. resolut. 77. & in 3. part. tract. 4. resolut. 44.

Que hic est Res. antecedens, & in aliis eius annot. Quoad hoc lege supra doctrinam Res. 82. & eius annot.

Que nunc hanc sequentur.

RESOL. LXXXV.

Quando Sacerdos iterum præbet ægrotis non ieiuno Sacramentum Eucharistiam, quanam temporis intercapedo habenda est inter vnâ, & alteram Communionem? Ex part. 2. tr. 14. Res. 77.

§. 1. Multum tempus, arbitrio boni viti, respõdet Nua. tom. 2. lib. 5. de poenit. & rem. conf. 41. quod aliqui asserunt esse 30. dies, vbi obseruat Villalobos vbi supra. Hæc sententia est nimis rigida, ideo post octo, vel decem dies, posse iterum infirmo non ieiuno Sacerdotem præbere viaticum, putauit Nugnus in 3. part. tom. 1. quest. 80. art. 8. Villalobos in sum. p. 1. tract. 7. dub. 38. num. 8. Suarez in 3. part. tom. 3. disp. 68. sect. 4. Henriquez in sum. lib. 8. cap. 5. Fagandez de præc. Eccl. tract. 3. lib. 3. cap. 5. num. 10.

Sup hoc in duabus Res. seqq. & supra in Res. 77. §. 2. inter principium, & medium, à veri Deinde & in aliis Res. & §. eius not. & in tom. 1. tr. 7. Res. 57. §. 16.